UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XLI. De rixa, quæ opponitur paci quantum ad opus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

ad omnes proximos: inimici autem ſunt proximi. Cùm ergo nullus ſibi velit inſidias, uel fraudes parari, videtur ꝙ nullus ex inſidijs debeat gerere bella.

Sed contra eſt, quod Aug.* dicit in lib. 83. q. Cùm iuſtum bellum ſuſcipitur, ut aperte pugnet aliquis, an ex inſidijs, nihil ad iuſtitiam intereſt. Et hoc probat authoritate Domini, qui mandauit Ioſue, vt inſidias poneret habitatoribus ciuitatis Hái, vt habetur Ioſue 8.

Respon. Dicendum, quòd inſidiæ ordinantur ad fallendum hoſtes. Dupliciter autem aliquis poteſt falli ex facto, uel dicto alterius. Vno modo ex eo, ꝙ ei dicitur falſum, uel nō ſeruatur promiſſum, & iſtud ſemper eſt illicitū: & hoc modo nullus dēt hoſtes fallere. B Sunt.n. quædam iura bellorum, & fœdera etiam inter ipſos hoſtes ſeruāda, vt Ambroſ.* dicit in lib. de Officijs. Alio modo, aliquis pōt falli ex dicto, uel facto noſtro, quia ei propoſitum, aut intellectum non aperimus: hoc autem ſemper facere non tenemur, quia etiam in doctrina ſacra multa ſunt occultanda, maxime infidelibus, ne irrideant, ſecundum illud Matt. 7. Nolite ſanctum dare canibus. Vnde multo magis ea, quæ ad impugnādum inimicos paramus, ſunt eis occultanda. Vnde inter cætera documenta rei militaris hoc pręcipuè ponitur de occultandis conſilijs, ne ad hoſtes perueniant, vt patet in lib. Stratagematum Francorum: & talis occultatio pertinet ad rationem inſidiarum, quibus licitum eſt vti in bellis iuſtis. C Nec propriè huiuſmodi inſidię uocātur fraudes, nec iuſtitię repugnant, nec ordinatę voluntati. Eſſet enim inordinata voluntas, ſi aliquis vellet nihil ſibi ab alijs occultari. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

Articvlvs IIII.

Vtrum liceat diebus feſtis bellare.

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur, quòd in diebus feſtis non liceat bellare. Feſta enim ſunt ordinata ad vacādū diuinis: vnde intelligunt per obſeruationē ſabbathi, quę pręcipiūtur Exo. D 20. Sabbathū.n. interpretatur requies: ſed bella maximam inquietudinem habent. ergo nullo modo eſt in diebus feſtis pugnandū.

¶ 2 Præt. Iſa. 58. reprehenduntur quidā, ꝙ in diebus ieiunij repetūt debita, & committūt lites, pugno percutiētes. ergo multo magis in diebus feſtis illicitum eſt bellare.

¶ 3 Pręt. Nihil eſt inordinate agēdum ad vitandum incommodū tpale: ſed bellare in die feſto, hoc videtur eſſe ſecundū ſe inordinatū. E ergo pro nulla neceſſitate temporalis incōmodi vitādi, debet aliquis in die feſto bellare.

Sed contra eſt, qđ. 1. Mach. 2. dr̄. Cogitauerūt laudabiliter Iudæi dicētes. Omnis hō quicunq; venerit ad nos in bello in die ſabbathorū, pugnemus aduerſus eū.

Respon. Dicendum, ꝙ obſeruatio feſtorū nō impedit ea, quæ ordinantur ad hoīs ſalutē, ēt corporalem. Vnde Dominus arguit A Iudæos dicens Iob 7. Mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in ſabbatho? Et inde eſt, ꝙ medici licite poſſunt medicari homines in die feſto. Multo autem magis eſt obſeruanda ſalus reipublicæ, per quam impediuntur occiſiones plurimorū, & innumera mala & temporalia, & ſpiritualia, quàm ſalus corporalis unius hominis. Et ideo pro tuitione reipublicæ fidelium, licitū eſt iuſta bella exercere in diebus feſtis, ſi tamen hoc neceſſitas expoſcat. B Hoc enim eſſet tētare Deum, ſiquis imminente tali neceſſitate uellet a bello abſtinere: ſed neceſſitate ceſſante non eſt licitum bellare in diebus feſtis propter rationes inductas. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

Qvaestio XLI.

De Rixa, in duos articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de rixa.

C Et circa hoc quærunt ur duo.

¶ Primò, Vtrum rixa ſit peccatū.

¶ Secundò, Vtrum ſit filia iræ.

Articvlvs primvs.

Vtrum rixa ſit ſemper peccatum.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd rixa non ſemper ſit peccatum. Rixa enim videtur eſſe contentio quædam. Dicit enim Iſido.* in lib. Etymologiarum, quòd rixoſus eſt à ritu canino D dictus. Semper enim ad contradicendum paratus eſt, & iurgio delectatur, & prouocat contendentē: ſed contentio non ſemper eſt peccatū. ergo neque rixa.

¶ 2 Præt. Gene. 26. dicitur, quòd ſerui Iſaac foderunt alium puteū, & pro illo quoque rixati ſunt: ſed nō eſt credendum, quòd familia Iſaac rixaretur publice, eo nō contradicente, ſi hoc eſſet peccatum. ergo rixa non eſt peccatum.

¶ 3 Præt. Rixa uidetur eſſe quoE dam particulare bellum: ſed bellū non ſemper eſt peccatum. ergo rixa non ſemper eſt peccatum.

Sed contra eſt, quòd ad Galat. 5. Rixæ ponuntur inter opera carnis, quæ qui agunt, regnū Dei non conſequuntur. ergo rixæ nō ſolum ſunt peccata, ſed etiā ſunt peccata mortalia.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut contentio importat quandā contradictionem uerborum: ita etiā rixa importat quandam cōtradi-

---

¶ *Super quæſtionis quadrageſima articulum quartum.*

In arti. 4. eiuſdem q. omiſſo tertio dubia duo occurrunt. Primum eſt. An neceſſitas excuſans bellum à peccato in die feſto, ſit ſola neceſſitas defenſionis. Et hoc propter id, quod in litera dicit.ſ. pro tuitione reipublicæ, & Machabæi dixerunt pugnandum in ſabbatho contra venientes aduerſus ſe. Et Nicolaus Papa, ut habetur 23. q. 8. Si nulla, dicit, Si ineuitabilis vrget importunitas, licere omni tempore bellū, ne tentetur Deus.

¶ Secundum eſt, de qualitate illiciti, An ſcilicet abſq; neceſſitate bellare in feſto, ſit ſic illicitum, ꝙ ſit mortale peccatum, an veniale.

¶ Ad primum horū dicitur, ꝙ non ſolum defenſionis, ſed victoriæ cauſa aggredi licitum eſt bellando, quando opus eſt. Si .n. ēm iura canonica licitum eſt, quádo piſcium temporaneus euentus occurrit, in feſto piſcari, ut patet extra de ferijs. cap. licet, multo magis oblata opportunitate uictoriæ, qua ſi quis in inſtanti non utitur, poſtea non habetur, licet aggredi hoſtes in die feſto. Eſt ſiquidem in hoc, & in ſimilibus caſibus, neceſſitas conſequendi tantum bonum, ſcilicet pacem, pro qua tot incommoda ſuſcipiuntur. Nec litera oppoſitū ſentit: quoniam in reipublicæ tuitione omnis iuſta cauſa belli intelligi poteſt. Vltio enim perturbatorum, & reparatio rerum, nonnulla reipublicæ tuitio eſt, quāuis locus ab authoritate negatiue, ſcilicet ex nō nominata alia cauſa, niſi defenſionis, vt etiam in Machabæis accidit, non ualeat. Nicolaus autem Papa, non de neceſſitate exercēdi actum bellandi hoc, vel illo tempore, ſed de neceſſitate belli loquitur. Vnde dicit, ſi nulla urget neceſſitas, non ſolum quadrageſimali tēpore, ſed omni tēpore eſt à pręlijs abſtinendū. Conſtat autē ex Auguſt. ad Bonifacium vt habetur 23. q. 1. Noli exiſtimare, ꝙ pacem habere eſt uoluntatis: bellum autē debet eſſe neceſſitatis. Non enim bellandum eſt, niſi neceſſe ſit vel recuperare, vel ulciſci, vt ex dictis patet.

Infr. q. 42. arti. 2. cor.

*Lib. 10. ca. 17. & incipit religioſus: in fine.

¶ Ad ſecundum dicitur, quod cum bellare non ſit de genere ſuo opus ſeruile, nec ſecundum ſe malum, ſed pro cauſato illicitum, pro quanto fini ipſius ſabbathi improportionatum eſt, nulla ratio apparet, quare ſit peccatum mortale in feſto abſque neceſſitate, ſi diuina non omittantur propterea. Videmus etiam haſtiludia ordinata, & choreas, & nuptias, huiuſmodi inquietantia mentem in feſtis fieri abſque ſcrupulo mortalis peccati.

¶ *Super Quæſtionem Quadrageſimam primam.*

In q. 41. utroque ar. nihil ſcribendū occurrit, niſi ut aduertas

Glo. interlinearis id habet.

tas, quòd quia particulari effectui particularis cauſa vt propria aſsignanda eſt: ideo rixę, quę ad malũ proximi cũ particularibus circunſtantiis tendit, ſcilicet, cognitione & repugnãtia, ira ponitur propria mater, vtpote, quę ad malũ machinatur, cum ſcientia punitionis repugnantis: & non odium, quod malum optat, abſoluendo ſe à ſic, vel ſic. Inter huiuſmodi nãque deſideriũ, & rixam diſtãtia eſt, ſicut inter vniuerſale & particulare, ſeu abſolutum & dearticulatum. Inter irati autem deſiderium, & rixam propinquitas tanta eſt, vt ex cõtracto irati deſiderio ad malũ, ſic rixa ſtatim proueniat. Et propterea in litera dicit in reſponſione ad quartum, quòd prẹter intentionem odij eſt rixa, & tamen poteſt ab eo prouenire, vt in corpore articuli dicitur. Et ſi quidẽ prẹter intentionem odij formaliter, quia non determinatur ex formali intento ad taliter offendendum, poteſt tamen ex odio prouenire: quia intentio odii poteſt ſe extendere ad imperandam rixam, ſicut & alia vitia.

Loco citato in argu. 1.

ctionem in factis. Vnde ſuper illud Galat. 5. Rixæ, dicit glo. * ꝙ rixæ ſunt, quando ex ira inuicem ſe percutiunt. Et ideo rixa uidetur eſſe quoddam priuatum bellum, quod inter priuatas perſonas agitur, non ex aliqua publica authoritate, ſed magis ex inordinata uoluntate: & ideo rixa ſemper importat peccatum. Et in eo quidem qui alterũ inuadit iniuſte, eſt peccatum mortale. Inferre enim nocumentum proximo, etiam opere manuali non eſt abſque mortali peccato. In eo autem qui ſe defendit, poteſt eſſe ſine peccato, & quandoque cum peccato ueniali, & quandoque cum peccato mortali ſecundum diuerſum motum animi eius, & diuerſum modum ſe defendẽdi. Nam ſi ſolo animo repellendi iniuriam illatam, & cũ debita moderatione ſe defendat, non eſt peccatum, nec proprie poteſt dici rixa ex parte eius. Si uerò cum animo uindictæ, vel odij, vel cũ exceſſu debitæ moderationis ſe defendat, ſemper eſt peccatum: ſed ueniale quidem, quando aliquis leuis motus odij, vel uindictæ ſe immiſcet, vel cùm nõ multum excedit moderatã defenſionem. Mortale autem, quando obfirmato animo in impugnantem inſurgit ad eum occidendum, vel eum grauiter lædendum.

Ad primvm ergo dicẽdum, ꝙ rixa non ſimpliciter nominat cõtentionem: ſed tria in præmiſsis verbis * Iſidori ponuntur, quæ inordinationem rixæ declarant. Primò quidem, quòd promptitudinẽ animi habet ad contendendum, quod ſignificat cùm dicit. Semper ad contradicendum paratus, ſcilicet ſiue alius bene, ſiue male dicat, aut faciat. Secundò, quia in ipſa cõtradictione delectatur, vnde ſequitur. Et in iurgio delectatur. Tertiò, quia ipſe alios prouocat ad cõtradictiones. vnde ſequitur: Et prouocat contendentẽ.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ ibi nõ intelligitur, ꝙ ſerui Iſaac ſint rixati, ſed quòd incolæ terræ rixati ſunt contra eos: vnde illi peccauerunt, non autẽ ſerui Iſaac qui calumniam patiebantur.

q. præc. ar. 1.

Ad tertivm dicendum, quòd ad hoc, quòd iuſtum ſit bellum, requiritur, quòd fiat authoritate publicæ poteſtatis, ſicut ſupra dictũ eſt. * Rixa autẽ fit priuato affectu iræ, vel odij. Si enim miniſter principis aut iudicis publica poteſtate aliquos inuadat, qui ſe defendant, non dicuntur ipſi rixari, ſed illi qui publicę poteſtati reſiſtunt. Et ſic illi qui inuadunt, non rixantur, neque peccant, ſed illi qui ſe inordinate defendunt.

Articvlvs II.

Vtrum rixa ſit filia iræ.

Infr. q. 158. art. 7. cor. & 3. q. 7. art. ij. ad primum.

AD secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd rixa non ſit filia irę. Dr̃ enim Iac. 4. Vnde bella & lites in uobis, nonne ex concupiſcentiis, quę mi-

F litant in membris veſtris? ſed ira non per... cupiſcibilem. ergo rixa nõ eſt filia iræ, ſed... cupiſcentiæ.

¶ 2 Præt. Prouerb. 28. dicitur. Qui ſe ia... tat, iurgia concitat: ſed idem videtur eſſe... iurgium. ergo videtur quòd rixa ſit fi... uel inanis gloriæ, ad quam pertinet ſe ia... latare.

¶ 3 Præt. Prouerb. 18. dicitur, Labia ſtulti... ſe rixis: ſed ſtultitia differt ab ira, non en... tur manſuetudini, ſed magis ſapientiæ,... tiæ. ergo rixa non eſt filia iræ.

¶ 4 Pręt. Prouerb. 10. dicitur. Odium ſu... ſed odium oritur ex inuidia, ut dicit Gr...

G Moral. ergo rixa non eſt filia iræ, ſed inui...

¶ 5 Præt. Prouerb. 17. dicitur, Qui medita... dias, ſeminat rixas: ſed diſcordia eſt filia ... riæ, ut ſupra dictum eſt *. ergo & rixa.

Sed contra eſt, quod † Gregorius di... ral. quòd ex ira oritur rixa. & Prouer. 15... tur. Vir iracundus prouocat rixas.

Respon. Dicendum, quòd ſicut di... xa importat quandam contradiction... ad facta peruenientem, dum vnus alt... re molitur. Dupliciter autem vnus ali... tendit. Vno modo, quaſi intendens ... ipſius, & talis læſio pertinet ad odium, ... tio eſt ad lædendum inimicum vel in...

H vel in occulto. Alio modo, aliquis in... lædere, eo ſciente, & repugnante, quod... nomine rixæ: & hoc proprie pertinet a... eſt appetitus vindictæ. Non enim ſuf... latenter noceat ei, contra quem iraſci... ipſe ſentiat, & quòd contra volunta... quis patiatur in vindictam eius quòd ... per ea quæ ſupra * dicta ſunt de paſſi... ideo rixa proprie oritur ex ira.

Ad primvm ergo dicendum, quò... dictum eſt, * omnes paſſiones iraſ... ſionibus concupiſcibilis oriuntur & ſi... illud quod proxime oritur ex ira, ori... concupiſcentia, ſicut ex prima radice.

I Ad secvndvm dicendum, ꝙ iactan... tio ſui, quę fit per ſuperbiam, vel inan... non directe concitat iurgium, aut rixã,... naliter, inquantum. ſ. ex hoc concitatur... quis ſibi ad iniuriam reputat, quòd alter... ferat. Et ſic ex ira ſequuntur iurgia & ri...

Ad tertivm dicendum, ꝙ ira ſicut... eſt, impedit iudicium rõnis: vnde hẽt ſi... cum ſtultitia, & ex hoc ſequitur ꝙ habe... nem effectum. * Ex defectu. n. ratio... quòd aliquis inordinate alium lædere...

Ad qvartvm dicendum, quòd ... doque ex odio oriatur, non tamen eſt p... fectus odij; quia præter intentionem o...

K quòd rixoſe, & manifeſte inimicum læd... doque enim etiam occulte lædere quæ... do videt ſe præualere, cum rixa, & iurgio... intendit: ſed rixoſe aliquem lædere eſt p... ctus iræ, ratione iam * dicta.

Ad qvintvm dicendum, quòd ... tur odium, & diſcordia in cordibus ... ideo ille, qui meditatur, ideſt, qui inten... quos ſeminare diſcordias, procurat quò... rixentur, ſicut quodlibet peccatum pot... actum alterius peccati, ordinando illu... finem: ſed ex hoc non ſequitur, quòd ... inanis gloriæ prop radii & c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶Super quæstionis quadrageſimaſecūdæ articulum primum.

IN 1.art.q.42.in reſponſione ad vltimum, aduerte ꝙ author dicit ſchiſma,& ſeditionem contineri ſub diſcordia, inter vitia numerata a beato Grego. in 21. Moral.& propterea oriri ex ſuperbia, ſeu inani gloria, ex qua oritur diſcordia. Et verificatur continentia hæc ſm̄ actum interiorem. Nam tam ſeditio, q̄ ſchiſma ſecundum actum interiorē, diſcordia quædam eſt, ſcilicet partiū multitudinis, &c.

QVAESTIO XLII.

De ſeditione quæ opponitur paci, in duos articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de ſeditione, quæ opponitur paci.

ET circa hoc queruntur duo.

¶Primò, Vtrum ſit ſpeciale peccatum.

¶Secundò, Vtrum ſit mortale peccatum.

B

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ſeditio ſit ſpeciale peccatum ab alijs diſtinctum.

AD PRIMVM ſicproceditur. Videtur, ꝙ ſeditio non ſit ſpeciale peccatum ab alijs diſtinctū. Quia vt Iſid. * dicit in lib. Etymologiarum. Seditioſus eſt qui diſſenſionem animorum facit,& diſcordias gignit:ſed ex hoc, ꝙ aliquis aliquod pctm̄ procurat, non peccat alio peccati gn̄ere, niſi illo qd̄ procurat. ergo vr̄ ꝙ ſeditio non ſit ſpāle pctm̄ a diſcordia diſtinctum.

¶2 Præt. Seditio diuiſionem quandam importat: ſed nomen etiam ſchiſmatis ſumitur a ſciſſura, vt ſupra dictum eſt.* ergo peccatum ſeditionis non videtur eſſe diſtinctum a peccatis ſchiſmatis.

¶3 Præte. Omne ſpeciale peccatum ab alijs diſtinctum, vel eſt vitium capitale, aut ex aliquo vitio capitali oritur: ſed ſeditio neque computatur inter vitia capitalia, neque inter vitia, quæ ex capitalibus oriuntur, ut patet in * 31. Moral. ubi vtraque vitia numerantur. ergo ſeditio nō eſt ſpeciale peccatum ab alijs diſtinctum.

SED CONTRA eſt, quòd 2.ad Corin.12. Seditiones ab alijs peccatis diſtinguuntur.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſeditio eſt quoddam ſpeciale peccatum, quod quātum ad aliquid conuenit cum bello, & rixa: quātum autem ad aliquid differt ab eis. Conuenit quidem cum eis in hoc, ꝙ importat quandam contradictionem: differt autem ab eis in duobus. Primò quidem, quia bellum, & rixa important mutuam impugnationem in actu: ſed ſeditio poteſt dici ſiue fiat huiuſmodi impugnatio in actu, ſiue ſit præparatio ad talem impugnationem. Vnde gloſ. *2.ad Cor.12. dicit, quòd ſeditiones ſunt tumultus ad pugnam, cùm ſcilicet aliqui ſe præparant,& intendunt pugnare. Secundò differunt, quia bellum proprie eſt contra extraneos,& hoſtes, quaſi multitudinis ad multitudinem. Rixa autē eſt vnius ad vnum, vel paucorum ad paucos. Seditio autem proprie eſt inter partes vnius multitudinis inter ſe diſſentientes, puta, cùm vna pars ciuitatis excitatur in tumultum contra aliam. Et ideo quia ſeditio habet ſpeciale bonum, cui opponitur. ſ. vnitatem,& pacem multitudinis, ideo eſt ſpeciale peccatum.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ſeditioſus dicitur, qui ſeditionem excitat;& quia ſeditio quandam diſcordiam importat, ideo ſeditioſus eſt, qui diſcordiam facit non quamcumque, ſed inter partes alicuius multitudinis. Peccatum autem ſeditionis non ſolum eſt in eo, qui diſcordiam ſeminat, ſed etiam in eis, qui inordinate abinuicem diſſentiunt.

AD SECVNDVM dicendū, ꝙ ſeditio differt a ſchiſmate in duobus. Primò quidem, quia ſchiſma oppo

A

nitur ſpirituali unitati multitudinis. ſ. vnitati eccleſiaſticæ: ſeditio autem opponitur temporali, vel ſæculari multitudinis vnitati, puta, ciuitatis, vel regni. Secundò, quia ſchiſma non importat aliquam præparationem ad pugnam corporalem, ſed ſolum importat diſſenſionem ſpiritualem. Seditio autem importat præparationem ad pugnam corporalem.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ ſeditio ſicut & ſchiſma ſub diſcordia continetur. Vtrumque enim eſt diſcordia quædam nō vnius ad vnum, ſed partium multitudinis adinuicem.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſeditio ſit ſemper peccatum mortale.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd ſeditio non ſemper ſit peccatum mortale. Seditio enim importat tumultum ad pugnam, ut patet per gloſ. ſupra * inductam: ſed pugna non ſemper eſt peccatum mortale: ſed quādoque eſt iuſta, & licita, ut ſupra habitum eſt. † ergo multo magis ſeditio poteſt eſſe ſine peccato mortali.

C

¶2 Præte. Seditio eſt diſcordia quædam, ut dictum eſt: * ſed diſcordia poteſt eſſe ſine peccato mortali,& quandoq; ēt ſine omni peccato. ergo etiam ſeditio.

¶3 Præt. Laudantur qui multitudinem a poteſtate tyrannica liberant: ſed hoc non de facili poteſt fieri ſine aliqua diſſenſione multitudinis, dum vna pars multitudinis nititur retinere tyrannum: alia uerò nititur eum abijcere. ergo ſeditio poteſt fieri ſine peccato.

D

SED CONTRA eſt, quòd Apoſt. 2.ad Cor.12. prohibet ſeditiones inter alia, quæ ſunt peccata mortalia. ergo ſeditio eſt peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt,* ſeditio opponitur vnitati multitudinis, ideſt, populi, ciuitatis, uel regni. Dicit autem Aug. * 2. de ciuitate Dei, quòd populum determinant ſapientes, nō omnem cętum multitudinis, ſed cętum iuris conſenſu, & vtilitatis communione ſociatum. Vnde manifeſtū eſt, vnitatem, cui opponitur ſeditio, eſſe vnitatem iuris,& communis vtilitatis. Manifeſtum eſt ergo, ꝙ ſeditio opponitur,& iuſtitiæ,& communi bono:& ideo ex ſuo genere eſt peccatum mortale, & tantò grauius, quantum bonum commune, quod impugnatur per ſeditionem, eſt maius quàm bonum priuatum, quod impugnatur per rixam. Peccatum autem ſeditionis primò quidem,& principaliter pertinet ad eos, qui ſeditionem procurāt, qui grauiſsime peccant. Secundò autem ad eos, qui eos ſequuntur, perturbantes bonum commune. Illi verò qui bonum commune defendunt, eis reſiſtentes, non ſunt dicendi ſeditioſi: ſicut nec illi, qui ſe defendunt, dicuntur rixoſi, ut ſupra dictum eſt.

¶Super queſtio quadrageſimæſecūdæ articulum ſecūdum.

IN art. 2. eiuſdem quæſt. in reſponſione ad tertium aduerte, ꝙ excitatio cōtra tyrannū, tunc ex euentu peiore illicita iudicatur, quādo inordinate p̄turbatur tyranni regimen. Quis ſit aūt modus ordinatus perturbandi tyrānū,& qualem tyrannum, puta, ſecundum regimen tantum, uel ſecundum regimen, & titulū, non eſt præſentis intentionis: ſat eſt nūc, ꝙ vtrumque tyrannum licet ordinate perturbare abſque ſeditione, quandoque illum ut bono reipublicæ vacet, iſtū ut expellatur.

¶In calce harum qōnum de vitijs oppoſitis paci aduerte ordinem, poſt diſcordiam in corde, & cōtentionē in ore, quatuor vitia in opere ordinata videntur ab authore hic ſecundū maiorem extenſionē. Nam ſchiſma reſpectu Eccleſiæ uniuerſalis, quæ vrbem comprehendit bellum ad diuerſa regna, nationes, &c. rixas ad perſonas undecumque, ſeditio ad partes vnius multitudinis ſe extendit.

Ar. præced. poſitam in corp. art.

q. 40. ar. 1.

Ar. præc. ad tert.

Ar. præced.

Lib. 2. c. 21. ante mediū & 19. ca. 21. tom. 5.

E

AD

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN